




ADDITIONES ET RE

FORMATIONES NOVITER EDI-  
te per Magnificum & Clarissimum Iure consultum, & Mili-  
tem. D. Petrum Rugerium, Et nobiles viros. D. Marcum de  
Garliis, Et Ioannem Baptistam Lalatam electos  
& Deputatos ad hoc per Magnifi-  
cum Consilium genera-  
le Civitatis  
Parme.



155  
1544

155  
1544





TAXATIONES.

Additiones & Reformationes nouiter editę p Mag. & Clarissimū  
Iurecōsultū, & militem. D. Petrū Rugeriū. & Nobiles viros  
D. Marcū de Garfisi, & Io. Baptistā Lalattā electos &  
deputatos ad hoc p Magnificū Consiliū gene-  
rale Ciuitatis Parmę.

**RANCISCVS De la Latta. I. V. Doctor**  
**ac Comes Pallatinus. Melchior de Bergōziis. I. V.**  
**Doctor. & Petrus de Rugeriis. I. V. Doctor & E-**  
**ques. Hieronymus de Balestris. Galeaz de Platea**  
**& Gaspar de Bernutiis Ciues & Causidici Parmen.**  
electi & deputati ad infrascripta a Magnifico generali Consilio cō-  
munis & populi Parmę ex prouisione & ordinatione superinde fa-  
cta & rogata per. D. Joannem Franciscum de Sacca Magnificę cō-  
munitatis Parmę Cancellarium. Sollicita peruiigilię cura circum-  
spiciens Consilium prædictum multiplices Ciuium, & aliorum cō-  
munis Parmę, & Sanctę Romanę Ecclesię subditorum non mi-  
nus iustas quam honestas querelas, quę ab inordinata non nullorū  
Iudicum, Notariorum, Officialium, & Exequutorum Ciuitatis & E-  
piscopatus Parmę auaritię cupiditate procedere videntur, propter  
improbas, immoderatas, & excessiuas salariorū suorum extorsiones,  
quas pro Arbitrio siue Norma & Lege aliqua extorquere non ve-  
rentur. ID Circo cupientes Deputati ipsi ausibus & corruptelis  
obuiare, ac subditorum prædictorum indemnitati quātum possunt  
salubriter prouidere. Hac perpetua & inuiolabili lege, ordinatione,  
& statuto statuerunt, ordinauerunt, decreuerunt, atq; mandauerunt,  
ac statuunt, mandant, & ordinant Taxas suas infrascriptas, quas cū  
consensu illustri. D. Antonii de Sanctis. I. V. Doctoris & Equicis,  
ciuitatis Parmę pro Sāctissimo. D. N. D. Clemente Diuina fauen-  
te clementia Pōtifice. VII. ac dictę ciuitatis dño, & S. Ro. Eccl. Gu-  
bernatoris dignissimi eddiderūt de cetero ab oībus & singulis ciui-  
tatis & episcopatus Parmę dictę ciuitati, & sedi Apostolicę huius-  
modi quomodocunq; & qualitercunq; subditis & subiectis Iudicio-  
bus, Notariis, Scribis, Barisellis, Militibus, Sociis, Berouariis, Exequu-  
toribus, Stipendiariis, ac Custodi carcerū, & Camerę pignorę cōdu-  
ctori, datiorę suorę pacta cōgrue referendo, & aliis qbuslibet officiali-  
bus vel ministris qbuscūq; noībus censeantur & nūcupentur inuio-  
labiliter obseruari debere, sub pōena periurii, & amissionis salariorū,  
stipendorum, & mercedis eorum in duplum, ac Ducatorum decę  
auri, si dictas infrascriptas Taxas, & Pacta præfata quoquomodo exce-  
dere, & pecunias, & a volentibus & spōte offerentibus, quouis quædam

TAXATIONES.

XLIII.

colore directe nec indirecte recipere & extorquere præsumserint præ-  
taxatam quantitatem excedentes, & ultra suspensiones ab eorum offi-  
ciis per sex menses, quas pēnas eo ipso & totiens quotiens incurrere &  
pecuniarias cōmuni Parmę pro dimidia, & pro altera dimidia accu-  
satori, & actuali exequutori applicari voluerunt. Insuper quod. D. Po-  
testas teneatur & debeat ad simplicem querelam, etiam oretenus fa-  
ctam, quę tamen iustificari debeat summarie, & sine figura iudicii &  
in defectum cum iuramento querelantis, arbitrio tamen præfati. D.  
Potestatis, habita consideratione conditionum personarę auditis par-  
tibus etiam sine scriptis terminare & diffinire querelam propolitam,  
& insuper teneatur anteq̄ discedant ab eius presentia illico tacere re-  
stitui querelanti omne id & totum quod pluris ultra taxas præfatas  
extortum fuisse, modo quo supra constiterit. Quin etiam ulterius pu-  
nire contrafacientes iuxta ordines præfatos prout sibi congruum esse  
videbitur. Necnon presentes infrascriptas taxas in cancellaria prædi-  
ctę magnifice Cōmunitatis Parmę registrari, publicari, & ad vniuer-  
sorum notitiam deduci & imprimi, ne quispiam de eis ignorantiam  
pretendere vel allegare possit, eiq; in iudicio & extra fidē indubiam  
adhiberi voluerunt, iusserunt, & mandauerunt constitutionibus & or-  
dinationibus, statutis, & consuetudinibus prædictę ciuitatis contrariis  
quibuscunq; non obstantibus.

Quod Iudices ordinarii nullum debeant habere salarium.

In primis statuerunt, decreuerunt & ordinauerūt quod iudi-  
ces ordinarii Ciuitatis & Epatus Parmę nullum penitus de-  
beant habere nec recipere salarium pro sententiis p eos profe-  
rendis, tam in causis ciuilibus q̄ criminalibus & mixtis, præterq̄ in ca-  
sibus a iure cōmuni, vel statutis cōmunis Parmę concessis, & prout  
de iure conceditur, nisi Iudices ipsi fuerint delegati a Principe, & secū-  
dum formam capitulorum magnifice Cōmunitati Parmę p San-  
ctissimum. D. N. concessorum, quo casu in ipsis causis delegatis ha-  
beant salarium secundum taxas Dominorę Iudicum Parmę, & non  
ultra: quas taxas in pmissis, & aliis casibus in quibus alii Iudices pos-  
sunt recipere salariū, tã quo ad ipsos Iudices, quã quo ad notarios om-  
nino seruari voluerunt, atq; mandauerunt sub pēnis de qbus supra.

Taxę Notariorum in Ciuilibus.

Item quod Notarii in causis ciuilibus p eorę actis & pcessu-  
bus seruari teneatur taxas Notariorę causarum ciuiliū, saluis  
infrascriptis, easq; nullatenus excedere possint sub pēnis su-  
pra scriptis.  
Pro testibus vero examinandis in causis ciuilibus idem Notarii ha-  
beant & recipere possint soldos duos a parte testem pducete p quali



## TAXATIONES.

bet carta examinis, dūmodo ad minus adsint lineæ sexdecim scripturæ pro qualibet carta, & verba septem pro singula linea.

Et si p̄ partem aduersam darentur interrogatoria, & si super ipsis testis p̄ductus examinabitur, tunc p̄ducens dicta interrogatoria dimidia; dictæ mercedis notarii, hoc est soldū vnū soluere teneatur.

Item si contingerit examinatore vel examinatores deputari ad examen testiū, quod examinatore vltra salariū notarii habeat soldos duos pro qualibet carta vt supra ab vtraq; parte in totū, videlicet, soldum vnum ab vna parte, & soldum vnum ab altera. Et si fuerint duo examinatores habeant soldos tres diuidendos inter eos.

Idem notarius habeat pro copiis testiū & processibus pro singula carta vt supra soldum vnum, in qua carta adsint totidem lineæ & verba vt supra, & similiter pro copia totius processus.

Quod si contigerit dictas copias authenticari, & vltra mercedē p̄dictam idē notarius habeat p̄ authenticatione testiū soldū vnū p̄ quolibet teste, & propter authenticationē p̄cessus imperiales tres p̄ quolibet carta p̄cessus, & tot linearū & verborū de quibus supra.

Item p̄ descriptione bonorū vel fructuū in causis ciuilibus in ciuitate fiēda habeat notarius p̄ mercede sua soldos quinque p̄ qualibet carta linearū sexdecim, & verborū septē p̄ qualibet linea vt supra. Dādo vero copiā dictæ descriptionis habeat idē notarius soldū vnū p̄ quolibet carta, vltra mercedē rogatus de quo supra. Extra vero ciuitate; omnibus sumptibus notarii habeat prima die libras duas & soldos decem.

Et si contingerit ipsum necessario pro dicta causa permanere extra ciuitate, vltra primam diem sumptibus suis vt supra, habeat singulo die libram vnā soldos quinque donec ita vt supra extra ipsam ciuitatem sumptibus suis steterit.

Vo vero ad iudices si contingerit p̄dictum Dominū Populatum seu alium quemcūq; iudicem & officialem ciuitatis Parmę p̄ aliqua causa seu controuersia ciuili accedere super loco differentię seu controuersię. Si locus ipse ad quem videndū seu sup̄ quo inspiciendo accesserit fuerit in ciuitate vel burgis habeat & percipere possit solūmodo ab ambabus partibus, seu ab ea quæ ipsum iudicem conduceret, quartos seu grossonos duos argenteos. Si vero locus ipse fuerit extra ciuitatem & burgos habeat & percipere possit quartos quatuor argenteos.

Et si contingeret ipsum iudicem stare foris pro tali controuersia, vltra primam diem habeat & percipere possit quolibet alio die quo extra ipsam ciuitatē p̄ dicta controuersia, seu causa remaneret quartos tres argenteos & non vltra, extra expensas cibarias.

## TAXATIONES.

### ADDITIONES NOVE.

Pro Testamentis explendis, vel p̄ Notarium edendis.

vt corruptelę, siue iniuste exactiones penitus aboleant de creuerūt in lup in taxis notarioꝝ p̄ edendis, siue explendis in publicā formā testamētis si valor hereditatis ascēdat vsq; ad summā librarū mille imperialiū, & abinde infra, cōprehenla summa librarū mille, seruet taxa vt in statutis spectab. D. Proconsulū notarioꝝ continet. A libris mille vsq; ad libras duo mille, si ad tantā summā ascēdat p̄ secūdo miliari nō possit exigere notarius explēdo vt supra, nisi libras decē parmen. & successiue p̄ quolibet miliari quātuscūq; sit valor hereditatis.

Pro Additionibus Hereditatum.

Eruent taxę de quibus in statutis p̄fati collegii. D. notarioꝝ dū sit quātuscūq; sit valor nō possit exigere vel cōsequi notarius explēdo nisi libras duas & sold. decē imperialiū, cū penē vllus labor, vltra industria notarii interueniat postq̄ solo aīo addit hereditas.

Pro Instrumentis quietationum.

Vbi dicit q̄ exigere possit notarius soldū vnū p̄ libra, corrigat, q̄ error scriptoris accidit, p̄pterea addendū est denariū vnū p̄ libra.

Taxę Notarioꝝ in criminalibus.

Rimo quod Notarii ad criminalia deputati p̄ qualibet denuntia siue querela seu notificatione habeant soldos duos, saluo quod si ipsi Notarii scribent denuntiam vel querelā manu sua, eo casu habeant soldos quatuor.

Item pro qualibet fideiussione prestandi in criminalibus, vel de nō offendēdo habeat Notarius soldos sex.

Item quod Notarius in criminalibus habeat & percipere possit p̄ quolibet teste examinādo ad defensam vel offensam ad instantiam partis accusantis vel querelantis p̄ rogitu & scriptura soldos quatuor.

Item pro copia dictorum testiū inditionum & totius p̄cessus pro qualibet carta in qua adsint ad minus lineæ sexdecim, & septem verba pro qualibet linea vt supra soldos tres.

Item pro rogitu totius processus in quo ingeritur p̄na corporis afflictiua libram vnā.

Vbi vero non ingeritur p̄na corporis afflictiua soldos quindecim. Item quod Notarius pro qualibet caualcata ad visitandum, videndum & reperiendum maleficiū, seu cadauer cuiuslibet interfecti, seu vulnerati, aut qui occasione cuiuscunq; alterius maleficii equitaret extra ciuitatem habeat pro prima die omnibus sumptibus suis libras duas imperialium.

Si vero cōtigerit ipsum p̄manere extra ciuitatē vltra primā diē sumptibus suis vt supra habeat singulo die libram vnā soldos quinque.



## TAXATIONES.

Potestas vero & Iudex maleficiorum, vel quilibet alius Iudex qui si-  
militer equitaret extra ciuitatem ad visitandum & reperiendum ma-  
leficium vt supra possit & valeat solummodo habere & percipere p-  
eius mercede prima die quattos, seu grossonos duos argenteos sum-  
ptibus tamen & expensis suis propriis.

Si vero cōtingeret ipsum Potestatem vel Iudicem remanere extra ciuita-  
tē occasione p̄dicta, habeat & habere debeat p̄ singulo alio die quo fo-  
ris staret, sold. xxx. imperia, tantū, et nō vltra, expēsis suis vt supra.  
Miles vero p̄dicti, D. Potestatis vel Iudicis cum eius familia qui  
equitaret vt supra, non possit nec valeat in totum dicta familia cō-  
putata habere nec percipere, etiam sumptibus suis propriis vt supra  
nisi soldos quadraginta imperialium prima die, aliis vero diebus q-  
bus staret extra ciuitatem cum ipso, D. Potestate vel Iudice seu No-  
tario occasione de qua supra nō possit habere nec percipere sumpti-  
bus suis vt supra, nisi soldos triginta duos singulo die.

Et quas mercedes & solutiones p̄fati, D. Potestas, Iudices, Notarii  
& milites debeant habere ab ipsis malefactoribus, seu de bonis eorū,  
non autem a villis, locis vel cōmunibus in quibus delicta fuissent cō-  
missa, nec a personis in ipsis villis vel locis habitantibus.

Et si ipsi, D. Potestas, Iudices, Notarii, & Milites, & eorū Berouarii, et  
familia huic ordinationi cōtrauenirēt cadant, & cecidisse intelligant  
ipso iure & facto ī penas de qbus sup. q̄ ab eis ī cōtinēti exigī possit.  
Itē p̄ qualibet ordinatione de relaxādo aliquē detentū cū fideiussioe  
vel sine fideiussione notarius habeat soldos sexdecim. Et vbi plures ex  
eodē tñ delicto detēpti essent, ordinaretq; oēs ipsos relaxari, nō possit  
notarius cōsequi vel habere nisi soldos sexdecim, semel tantū impialiu  
Licet plures psonę eadē ordinatione, vel pluribus ex eodē tñ delicto  
vt supra a carceribus liberarent. Nec possint plures fieri ordinatio-  
nes p̄ relaxatione dictorū detēptorū, sed vnica tantū sufficiat, ita quod  
absoluti pro vno censeantur & condēnati pro vno similiter.

Itē habeat notarius p̄ rogitu sentētiarū corporaliū absolutiarū vel  
condēnatoriā, vbi mors nō sequerēt, ab ipso reo libras quatuor. In-  
telligēdo tñ quod etiā vbi plures psonę ex eodē facto vel delicto ī ea-  
dē sentētia cōprehenderent nō possit notarius exigere vel conseq nisi  
libras quatuor impial. semel tantū p̄ omnibus noiatīs in sentētia, cū  
vnus sit rogitus, licet plures psonas cōprehendat. Et ad tollēdas frau-  
des vel calūnias statuerūt p̄terea q̄ nō possit p̄ eodē facto vel delicto  
nisi vnica inq̄sitiō formari, licet plures psonę imputent, q̄ tñ omni-  
bus singulatī; intimari debeat, & successiue vnica sentētia ferri & p̄-  
mulgari, licet plures psonę p̄ eodē delicto inquirerent. Habeat tñ no-  
tarius p̄ intimatione inq̄sitionis & cōditionalis bāni, vbi singulatī;  
omnibus noiatīs in eis intimari vel notificari cōtingerit scripturā q̄

## TAXATIONES.

de taxā scripturę tantū secūdū q̄ iam pridē ī superioribus est expressū.

### Taxę Correriorum.

Rimo pro qualibet citatione, intimatione, ac p̄cepto in scri-  
p̄ ptis deferendis, aut de facie ad faciem fiendi in ciuitate corā  
quibuscunq; Officialibus habeat Correrius denarios sex.

Extra vero ciuitatem & in burgis solidum vnum.

Extra vero burgos ciuitatis p̄ quolibet miliari soldū. i. & denar. vi.

### Taxę Exequutorum.

Rimo Exequutor p̄ quolibet pignore fiendo in ciuitate vsq;

p̄ ad summam librarū decem imperialium, & ab inde infra  
computatis Correris & Berouariis habeat soldos sex.

A libris decem supra vsq; in quinquaginta, vltra soldos sex habeat  
pro qualibet libra illius pluris tres imperiales.

A libris quinquaginta vsq; in centum pro qualibet libra illius plu-  
ris habeant duos imperiales vltra p̄dictam summam.

A centū libris supra quantacūq; fuerit quātitas, vltra sumā; p̄dictā;  
habeat exequutor cōputatis Correris & Berouariis vt sup. soldos nouē

Extra vero ciuitatē seruet taxa de q̄ supra ī ciuitate, & vltra heat exe-  
quutor p̄ qualibet psona exequetium soldū vnū p̄ singulo miliari.

Ita tñ quod nō possit excedere numerū triū psonarū, & si excesserit nō  
possit petere nisi mercedē taxatā vt supra pro tribus psonis inter eos

diuidendā, Et vbi plures exequutiones siue pignora cōtra plures debi-  
tores in eodē tñ itinere, viagio, vel vt aiūt andata fieri cōtingerit in eo-  
dē vico, siue villa, nō possit exequutor exigere vel cōsequi mercedē iti-  
neris vel andata; vt supra taxatā; ab omnibus pignoris quotquot

numero fuerint psonę pignorate; p̄ rata debiti inter ipsos pignora-  
tos diuidendā, facta prius cōsignatiōe dictorū pignorū ad camerā an-  
teq; habeat dictā mercedē. Quin etiā ad tollēdas extorsiones Beroua-  
rio; cū inoleuerit corruptela, q̄ p̄ singulo pignore soleat exequutores a

pignorato afflictionē afflictio addētes exigere soldos sex impia. vt su-  
pra ordinatū est, et cū miseros rusticos velut mures nucē rodere iugi-  
ter studeat Berouarii, alios similes sold. sex a custode camerę pignorū

excipiāt, vt ī recuperādo de hinc pignore, vltra solitū datiū eodē sol-  
dos sex pignorati supaddāt, & custodi restituāt preter horū ordinū;  
& camerę pignorū p̄fatę pacta & sanctiones. Statuerūt poetea qd̄

exequutor nisi semel p̄ singulo pignore vt supra dictū est exigere sol-  
dos sex valeat a custode solo, nō aut a pignorato, Quos tñ soldos sex

in recuperādo pignore custos a pignorato vltra gabellā p̄fatā; exi-  
gere possit & valeat. Si aut exequutor pignora capta custodi p̄fato cō-  
signare differret, penis qbus in pactis gabelle pignorū affligatur,

Declarātes q̄ dicti exequutores teneant & debeant actualiter exeq̄ licen-  
tias & exequitiōes facere infra tres dies ytiles ī ciuitate & burgis, et ex



TAXATIONES.

tra ciuitatē infra sex dies vtiles postea q̄ p partes eis cōsignatę fuerit alias aut nullā prius cōsequant mercedē, sed penā. xx. sol. p qualibz exequitiōe nō exequita p eoz quolibet, & toties quoties eo ipso incurat et q̄ pena p dimidia applicet parti, p altera dimidia cōitati Parmę. Verū q̄a exequutores siue Berouarii sepenumero exequitiones facere recusant, & sine legitima causa, vt creditores maiorē summā quā par sit illis offerāt, & ab eis reluctādo extorqueāt, ordinatū est, q̄ si exequitor interpellat p fiēda exequitione, ipse aut sine rōnabili causa recuset, tūc facta fide corā p̄fato. D. potestate p vnū testē tm̄, & cū iuramēto petētis exequitionē, ipsū exequitorē reculasie vt sup. incidat exequitor i penas soldo. xx. impia. p singula vice, applicādoz p dimidia p̄fatę mag. cōitati, & p alia dimidia regrenti exequitionē, & vltius. D. potestas illū exequitorē reculantē ad cathenā poni faciat, iuxta statuta et cōsuetudines ciuitatis, Idē quoq̄ seruet i quocūq̄ corerio v̄l nūtio magnificę cōtatis, q̄ citationes, p̄cepta, p̄telatiōes, libellos, capitula, positiones, ac alias quascūq̄ scripturas, q̄ de mādato cuiuscūq̄ iudicis ciuitatis tā ordinarii delegati v̄l subdelegati q̄ alit̄ trāsferri mādarent, ip̄o corerio reculante sine iusta causa vt sup. oblata tñ & recepta mercede de qua i ordinibus p̄fatis, vt i penas p̄fatas incurrat, & in omnibus & p oia vt supra.

Pro Capturis Personalibus.

Item exequutores pro capturis personalibus fiendis tam in ciuitate quā extra p causis ciuilibus, & tam p cōtumatia quā ex causa indicati siue multctis, habeāt & percipere possint mercedē superius taxatā p pignoribus duplicatam congrue referendo. Ita tamen quod soldus pro quolibet miliari non duplicetur. Declarātes q̄ a. x. libris impi. infra nō possit aliq̄ psonaliter detineri, Saluo q̄ si debitor nil haberet i bonis mobilibus, v̄l se mouētibus, vel si habeat illa vxori hipotecauerit, i fraudē forsan creditorū, vel aliter exequutio fieri nō possit i bonis cū nihil habeat, tūc etiā a decē lib, impi. infra psonaliter detineri possit, excepta sūma sold. xxx. impi. p qua summa non possit in persona detineri vel molestari. Itē, p quolibz detento ex caula criminali p q̄ ingerat pena pecuniaria, dūtaxat aplicā. camerę aplice, seu cōitati Parmę, tā ex causa cōdēnationis multctę, q̄ cōpositionis, exceptis cōdēnationibus stratarū & victualiu in q̄bus seruari debeat taxa in ciuilibus limitata. Si captura fiat intra portonos plateę habeat exequitor librā vnam. Si vero extra muros plateę, & intra muros Ciuitatis, & Burgos eius habeat exequitor libram vnam & soldos duodecim. Extra vero ciuitatem a libris viginti infra habeat exequitor lib. duas & vltra dictam summam soldum vnum pro quolibet miliari. A libris vero viginti q̄nq̄ vsq̄ in quinquaginta inclusiuē habeat exequitor lib. duas & soldos decē, & vltra sold. vnū p quolibet miliari.

TAXATIONES.

XLVI.

A libris quinquaginta vsq̄ in Centum exclusiuē habeat libras tres, & vltra soldum vnum vt supra.

A libris Centum supra quantacūq̄ fuerit quantitas habeat libras quinq̄, & vltra soldum vnum vt supra.

Pro quolibet autem detento ex causa vbi ingeratur pena corporis afflictiuā, citra mortē vel deputationē, & pro qua fuerit condēnatus vel veniat cōdēnandus. Si capiat intra portonos habeat libras tres. Si vero extra portonos, in ciuitate tñ & burgis habeat libras quinq̄. Extra vero Ciuitatem & Burgos habeat libras septem, & vltra pro quolibet miliari quocūq̄ personę fuerint soldos duos.

Pro captura autem condēnati seu condemnandi ad mortem vel deportationem pro quocūq̄ delicto p quo bona dicti delinquentis essent confiscata, vel venirent confiscanda Idem exequitor seu Barisellus de eiusdem capti bonis habeat & capere possit Ducatos quinq̄ auri de camera, postquam ipsum consignauerit in carceribus.

Quod si ipsum Captum aufugere de eiusdem manibus contigerit, nihil prorsus habeat. Sed si dolo vel culpa, aut ex corruptela per lodes ipsius exequitoris aufugeret. Idem exequitor eadem pena qua captus tenebatur, Si de prēmmissis culpabilis repertus & conuinctus fuerit irremissibiliter puniatur.

Quo vero ad taxationes notariorū & aliorū Officialium de quibus supra non est facta mentio, seruentur taxationes dominorum Notariorū Parmę, & alia ordinationes & taxationes Cōis Parmę.

QVOMODO ET QVANDO POSSIT IMPO-  
ni Impensa contra Vniuersitates & quoscūq̄ Debito-  
res Camerę Apostolicę, seu Cōmunitatis Parmę.

Item decreuerunt & ordinauerūt quod si in futurū contingat aliquam Vniuersitatem vel particularem personā esse debitores quacūq̄ de causa Camerę Apostolicę, seu Cōitatis Parmę, ipsosq̄ tales debitores fore & esse contumaces, morolos, vel remittentes in soluendo id quod debent Camerę vel Cōitati p̄dictis, ppter quod sit necessariū deuenire ad subsidiarū remediū imponendi impensam & grauamina ipsis debitoribus, ac deputandi tam pedites quam equites super hospitibus ad impensam ipsorum debitorum quod seruetur modus & ordo ac taxa de quibus infra. Et primo statuerunt & decreuerunt quod nulla Vniuersitas aut persona particularis possit dici negligens aut morosa in soluendo. Ita



TAXATIONES.

quod eis possit imponi aliqua impesa, nisi prius ipsis vniuersitatibus aut eorum ministris quocumque nomine nuncupentur, vbi vniuersitas esset debitor, vel persona priuata in scriptis, vel in presentia duorum testium intimatum & denunciatum fuerint quod soluant id quod debent ad certum terminum vbi terminus non esset prefixus ad soluendum, quo termino elapso possit imponi impesa de qua infra, vbi autem terminus esset prefixus a iure vel ex iudicis aut superioris ordinatione, seu ex contractu, vel aliter qualitercumque, ita quod lapsus esset terminus vel dies ad soluendum datus sufficiat intimatio simplex in presentia ipsius debitoris per illum vel illos qui ponentur super impensa prefata, dummodo fiat verbo vel scriptis in presentia duorum testium.

Item quod non possit deputari persona super impensa ad libras. xxv. exclusiue infra, sed repressalię & exequutores reales & personales, & contra debitores & quolibet de vniuersitate si vniuersitas debitor esset per cameram & comunitatem Parmę fieri possint per creditis eorum conlegendis iuxta formam statutorum & ordinationum ciuitatis Parmę.

A libris. xxv. supra vsque in centum & ultra possit deputari & mitti impensa vnius equi ad rationem soldorum. xxv. pro quolibet equo, pro quolibet librarum centenariis pro singulo die quo steterit super dicto hospitio in loco in quo erunt debitores, si ibi adherit hospitium, sin autem in loco propinquiori vbi erit hospitium, vbi debeat stare donec per D. Gubernatorem, vel per alium superiorem fuerit reuocatus, & nihilominus quod interim impensa currat donec actualiter satisfecerit.

A libris vero centum supra quantacumque fuerit quantitas possit deputari super hospitio vnus equester pro quolibet centenariis & ad rationem centenarii qui habeat & possit percipere pro singulo die sol. xxv. & non ultra pro quolibet equo & qualibet die, & ad rationem vnius equi & vnius centenarii vt supra. Ita tamen quod in predictis non excedatur summa & numerus equorum quinque.

Item quia plerumque contingit scripturas originalis amitti & falsificari posset ob traditionem quam sepe numero Notarii actorum tam civilium quam criminalium causarum faciunt ac facere consueuerunt parti vel partibus ac etiam D. Iudicibus ob quod damna scandala & interesse in dies manifeste exoriri dignoscuntur. Id circo prefati Deputati intendentes prout decet vtilitati publice, ac priuatorum consulere damnabiles & illegitimos abusus tollere, ac scandalis & indemnitatibus premissis occurere statuerunt atque decreuerunt quod deinceps nullus Notarius tam civilium quam criminalium causarum possit nec debeat tradere vel accomodare eius scripturas originales parti vel partibus, nec eorum aduocatis, procuratoribus vel intercessoribus,

TAXATIONES.

seu pro eis quomodolibet interuenientibus, etiam de consensu partium, aut alicui alteri persone sub poena Ducatorum. XXV. totiens quotiens contrafecerit sibi auferendorum, & Camere Apostolicę applicandorum, sed copias facere parti, ac vnicuique habenti interesse, sua mercede de qua supra. Preterquam in causis Pauperum, Viduarum, Pupillorum, & miserabilium Personarum, quibus ob minorem ipsorum impensam concedi possint, modo infra scripto, de commissione tamen D. Iudicis coram quo causa ventilabitur, & de qua commissione, & cartarum ipsius Processus numero appareat in actis, & non aliter.

Declarantes tamen licere Notariis dictis casibus ostendere originalia Parti, ac Domino Iudici vt eam legant si voluerint, dummodo antequam ab eis recedant eisdem restituantur.

ANTONIVS de Sanctis subscripti.

Datum Parmę in Pallatio Residentię nostrę, sub nostri solis Sigilli fide Die. XIII. Septembris. M. D. XXIII.

Franciscus Aug. Cancellarius.



23.105.

H. 183632.



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА